

Joachim Stockmann

**Programma Quo Rector Academiae Rostochiensis Joachimus Stockman Med. D.  
& Profess. Ad Exequias, Quas Viro ... Conrado Brawern/ Marito desideratissimo  
paratas cupit Vidua moestissima, ... omnes omnium ordinum cives Academicos  
officiose & peramanter invitat**

Rostochii: Kilius, 1649

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747421757>

Druck    Freier  Zugang



Stockman, J.,

in C. Brauer.

R. 1649.

73.







PROGRAMMA  
Quod  
Rector Academiz Rostochiensis  
**JOACHIMUS STOCKMAN**

Med. D. & Profess.

**A D E X E Q V I A S,**

**Q V A S**

**V I R O**

**P R I M A R I O A C H O N O R A T I S S I M O**

**CONRAD**

**Bramern/**

Marito desideratissimo paratas

cupit

**V I D U A M O E S T I S S I M A,**

Hodie horâ primâ in templo Mariano,



**Omnium ordinum cives Academicos officiosè**

& per amaner in vites.


**(O)S**

**ROSTOCHII,**

NICOLAI KILII, Acad Typogr,

ANNO M. DC. XLIX.

71



Uper Nobilissimam in ipso  
flore ætatis constitutam Virginem.  
acerbo tunere extinctam ad sepul-  
chrum deduximus, non antelu-  
nis horis, (quō tempore priscis seculis funesta,  
quæ habebantur, Juvenum, nescio, annon etiam  
juvencularum funera, tanquam solis adspectus  
inde abhorret, efferrī solebant) sed ipso me-  
ridie.

Nunc iterum, quia

Speculū humanæ fragilitatis nobis exhibet, nō in

augmento ætatis (infantiâ scilicet ad septimū, Pueri-  
tia ad 14. Adolescētia ad 25. quæ se extendit annū)

Neq; in florente ætate (anno 35.) neq; in ætate  
consistentē (anno 48.) sed maturō seniō confecto  
anno suæ ætatis 64 vitam clausit. Etenim varij  
sunt nostræ ætatis gradus, in primam lucem na-  
tus homo

Primo anno  
renerrimus In-

addiscit fari, terraq; affigere gressus,

fans.

Septimo Le-  
pidus Puer.

Exactè loquitur, plenog; habet ordine dentes.

Decimoqua-  
to adolescens.

Grandes sonat, profert nō va germina pubis Ephebus.

Vestiri

- Vestiri malas gaudet lanugine barba.  
 Ingenij pollet virtute & robore dextra.  
 Aptus conjugio desiderat esse maritus.  
 Consulere ipse sibi potis est, rebusq; praesesse.  
 Eloquio gravis & vultu dat pondera dictis.  
 Tardas paulatim cernit decrescere vires.  
 Aevi maturus mortis prasagia sentit.  
 Jam satur annorum tumulum meditatur & optat.

Vigesimo	
adultus	
Vigesimo	
octavo Ro-	
bustu	Juve-
Trigesi-	nus.
mo quin-	
to puber	
Quadra-	
gesimo	
secundo	Vir
Prudens	
Facundus	
authorita-	
tatis.	
anno	
quinqua-	
gesimo	
sexto	Se-
Crudus	nax
63. Decre-	
pitus	
70. Deci-	
dus.	

De quibus senectutis scl: annis elegans illud  
 exstat in sacris literis Eccles. monitum cap. 12.  
 Memento creatoris tui, in diebus juventutis tuæ,  
 antequam veniat tempus afflictionis, & appro-  
 pinquent anni, de quibus dicas, non mihi pla-  
 cent, antequam <sup>(a)</sup> tenebrescat sol & Lumen, &  
 Luna & stellæ, & <sup>(b)</sup> revertantur nubes post plu-  
 viam <sup>(r)</sup> Quando commovebuntur custodes do-  
 mus & nutabunt viri fortissimi <sup>(d)</sup> & otiosæ  
 erunt

erunt molentes in minuto numero, & tenebre-  
scunt videntes per foramina, & claudent ostia  
in (e) platea in humilitate vocis molentis, & con-  
surgent ad (?) vocem volucris & obsurdescen-  
t omnes filiæ carminis (\*) Excelsa quoq; timebunt  
& formidabunt in via (?) florebit amygdalus &  
impinguabitur locusta, & dissipabitur (?) cappa-  
ris. Quoniam ibit homo in domum æternitatis  
suæ & circumibunt in platea plangentes (?) An-  
tequam rumpatur funiculus argenteus, & recur-  
rat vitta aurea, & conteratur hydria super fon-  
tem, & confringatur (?) rota super cisternam, &  
revertatur pulvis in terram suam, unde erat, &  
spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum. In quó  
senectutis gravamina obscuriore quidem alle-  
goriâ, sed nihilominus graphicè admodum de-  
scribuntur, qualia sunt, præscriptum ordinem si-  
sequar; (?) quod visus hebescat, & inde tam diu-  
turnum, quām nocturnum lumen vix sine ali-  
quo tædio usurpent, & prius oculorum acumen  
semper desiderent (?) quod crebis infestentur  
coryzis & catharris senes, quod reliqui etiam  
sensus sensim imminuantur, (?) & non idem per-  
sistat in motu corporis robur, sed consueto sub  
onere crura jam langueant & vacillent (?) quod  
rariores fiant dentes, nec in commoliendo cibo  
suo munere solitō more fungantur. (?) quod in-  
facie exsuccâ, rugosa & alias ingrata contingat  
muta-

mutatio, & edentulum, quod diximus, restri-  
ctumq; os minus sonoram & articulatam edat  
vocem. (5) Quod in somnes s̄ae piusculē transigan-  
tur noctes. (7) quod mortis cogitationes semper  
menti obversentur, (8) quod canitiem non omni-  
bus gratam ostendant tempora, capilli & barba  
(9) quod vires propagandæ soboli non amplius  
suppetant. (x) Quod spinalis medulla & nervi  
arefiant. Cerebumq; & meninges exsiccentur.  
(λ) & nonnulla etiam urinæ animadvertantur  
incommoda. Horum aliquot ex senio oriundos  
defectus, cum jam in sese animadverteret prioris  
valetudinis & roboris memor VIR semper & in-  
quibusvis aliis suis negotiis prudentissimus no-  
ster *panaceus*, maturè ad animum revocavit salu-  
taria passim de morte celebrata monita:

*Nascentes morimur, finisq; ab origine pendet.*

*Et pace & bello cunctis stat terminus aevi,*

*Extremamq; horam secum fert prima.*

*Scilicet ex illa quā primum noscimur hora,*

*Nos sequitur iuncto vitaq; morsq; pede.*

Cæterū natus est makarites noster CONRADUS Brauswer anno 1568 d. 16. Mai, Hannoveræ in Ducatu Brunswicensi, & per lavacrum regenerationis solemnī ritu Ecclesiæ insertus est. Patrem habuit CONRADUM Brauswern / in Urbe Hannoverana civem Primarium & Decemvi-  
rum, Matrem ANNAM Wölers / Avum Pater-

num BARTHOLDUM Brausvern / Cerevisia-  
rium & Civem Hannoveranum. Aviam Pater-  
nam METTAM Prallen / Avum Maternum Dn.  
GEOR GIUM Wöslern / Senatorem Hannove-  
ranum, Aviam Maternam A N N A M Wessels. A  
parentibus non piè tantùm educatus, sed & à  
Præceptoribus publicis, privatisq; sedulò infor-  
matus est, primitùs in schola triviali patriæ, de-  
hinc in gymnasio Hamburgensi literis incubuit,  
& demum Nobiles aliquot pueros in Lunebur-  
gensи Ducatu instituit. Porrò peregrinandi desi-  
derio flagrans, Magno Illi viro Dn. D. DOMAN-  
NO, Civitatum Anseaticarum Syndico generali  
operam suam dicavit, & per integrum ferè de-  
cennium summā fidelitate & dexteritate inservi-  
vit, ejusq; in comitatu Regna & oppida lustravit  
eminentissima. Vedit etenim & peragravit Hispa-  
niam, Galliam, Angliam, Belgium, Germaniam,  
Polonię, Suecię, Daniam, & hinc inde variam  
rerum cognitionem & experientiam sibi compa-  
ravit, neq; enim putavit satis esse, has vel illas re-  
giones vidisse, quod pleriq; putant. ( Coronariis  
similes, qui bellissimas saltem herbas floresq;  
stuppis, aut coronis innectunt, salubriorū nullā  
habitâ curâ ) sed cū fructu potius, quam cum vo-  
luptate peregrinandum esse quia didicerat, &  
quod peregrinatio instrumentum sit usui rerum  
& prudentiæ, diversorum populorum, diversam  
natū

naturam & vitæ genus, Rerum publicarum status  
& leges diligentissimè observavit; Qui n̄ etiam  
incorruptâ mente moribusve, (quod sæpius cu-  
le non fit) ad suos rediit. Attamen non sine infor-  
tunio crurifragii, Dei benignitate satis feliciter  
curati. Anno 1619. à Senatu hujus Urbis ad offi-  
cia publica, imprimis ad Cameræ secreta consi-  
gnanda & ad servanda vocatus & adhibitus est,  
cui tamen provinciæ, ob corporis infirmitatem,  
seniiq; difficultatem acclerantem tandem re-  
nunciavit. Anno 1639. cooptatus in numerum  
centum virorum paulo post ærarij publici præfe-  
ctus fuit declaratus & in hisce officiis pro virili fi-  
dem, diligentiamq; adhibuit laudabilem. Anno  
1624. Connubium contraxit cum virgine lectissi-  
ma CATHARINA BESELINS, nunc eheu vi-  
dua mæstissima, matronalibus & œconomicis  
virtutibus ornatissima, DN. HENNINGI Besel-  
lins Filia, ex vetustissima apud nos Beselinorum  
Prosapia oriunda. Vedit in hoc suo conjugio  
duas filias, quarum posterior, Anna cum quadri-  
ennium explevisset, anno 1632. mundo valedixit;  
Primogenita filia Maria cum jam matura viro,  
lectissima virgo esset, matrimoniali fædere juncta  
est Viro Reverendo & Clarissimo M. D. N. JO-  
HANNI CORFINIO, Professori Physices &  
Metaphysics Dignissimo, Ecclesiæ Marianæ  
Archidiacono meritissimo, Dn. Collegæ & Ami-  
co

conostro plurimū Honorando. Ex quō conjugio mar-  
carites noster 3. nepotes & 2. neptes vidi scl. JOHAN-  
NEM - CONRADUM & SIMEONEM - PAU-  
LUM, ( qui ante Avi beatum discessum animam piē  
exhalarunt) & SIMONEM, itemq; CATHARINAM -  
ELISABETAM, atq; Mariam. De gratia, adhuc super-  
stites. Dic emortuali scl: 17. Nov: filiola ultima in lucem  
edita est, cuj9 generationē lātanti pectore excepit, pal-  
misq; elevatis Deo gratias egit, sed post unicas horas  
ex mortalium theatro emigravit, cum paulo ante im-  
migrasset Neptis. Candor hujus viri & integritas, sa-  
tis constant omnibus; In morbis sufferendis patientis-  
simus fuit, imprimis in postremo, rebus, negotiisque  
mundanis omnino nuntium remisit, suo servatori sese  
arctissimè commisit, & in ejusdem vulneribus pretio-  
sissimum λύτρον quæsivit, & lachrymis, suspiriisq; in-  
ternæ fiduciae robur satis declaravit. Tandem 17. No-  
vembr. fide constantissimā & pietate immora DEO  
animam serio concedidit, & placidē in Christo ob-  
dormivit, anno ætatis 64. Cum autem ῥαγείται hujus  
singularis nostri ordinis Fautoris corpus hodie ho-  
rà prima in templo Mariano terræ omnium matri redi-  
endum sit, nostræ pietatis fuerit, ultimum officium  
civi tam Primario lubenti animo & frequenti concursu  
præstare. Ut igitur Dnn. Professores, Doctores, verbi  
divini Ministri, Magistri, Studiosiq; Juvenes, hora  
constituta in æde Mariana convenire, & suæ mortali-  
tatis memores p.d. exuvias ad dormitorium suum dedu-  
cere ne graventur, officiosè & amanter ro-  
ga mus & hortamur.

Conventus fiet hora 1. in templo Mariano.

• 6(0) 50 •





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rostdok/ppn747421757/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn747421757/phys_0014)

DFG





naturam & vitæ genus, Rerum publici  
& leges diligentissimè observavit; incorruptâ mente moribusve, (quod non sit) ad suos rediit. Attamen notio crurifragii, Dei benignitate sa-  
curati. Anno 1619. à Senatu hujus U-  
cia publica, imprimis ad Cameræ se-  
gnanda & ad servanda vocatus & ac-  
cui tamen provinciæ, ob corporis in-  
seniiq; difficultatem acclerantem  
nunciavit. Anno 1639. cooptatus in  
centum virorum paulo post ærarij pu-  
ctus fuit declaratus & in hisce officiis  
dem, diligentiamq; adhibuit laudabi-  
1624. Connubium contraxit cum vir-  
ma CATHARINA BESELINS, nu-  
dua mœstissima, matronalibus & o-  
virtutibus ornatissima, DN. HENN-  
lins Filia, ex vetustissima apud nos Be-  
Prosapia oriunda. Vedit in hoc su-  
duas filias, quarum posterior, Anna c-  
ennium explevisset, anno 1632. mund.  
Primogenita filia Maria cum jam ne-  
lectissima virgo esset, matrimoniali fæ-  
est viro Reverendo & Clarissimo M.  
HANNI CORFINIO, Professori  
Metaphysics Dignissimo, Ecclesi-  
Archidiacono meritissimo, Dn. Colle-

